

Documentació referent als orígens del Col·legi de Notaris de Cervera (segle XIV)*

Montserrat GARRABOU I PERES

DOCUMENT 1

Divendres, 26 de març de 1344.
Monestir dels frares menors.

Vint-i-sis notaris celebren «pietancia» solemne i estableixen dotze capítols de gran importància per a entendre l'organització i el funcionament del Col·legi. Dos anys després, el dia 22 d'abril de 1346, onze notaris se sumen al jurament del conjunt d'aquestes ordinacions.

A.H.C.C. Fons Notarial. O.R.C.N.C., pp. 7 a 15.

Quoniam omnis actus qui cum divina essentia primordii non suscipit fulcimenta tanquam / spera pertransiens evanescit, eterni Dei qui felici principio felicius medium elargi- / 3 tur, felicissimo fine concludens statuimus nomen humiliter implorandum. Ut ipse qui bene / dictus in fine bonitatis, unus et essentia trinus in personis, qui se ipsum intelligendo omnia / intelligit cum in ip-

* L'estudi del Col·legi de Notaris de Cervera va ser publicat per l'autor als volums IV i V de *Miscel·lània Cerverina* (pp. 107-117 i 89-113).

so ab eterno species sint omnium rerum nam ipse dominus est omne vivere et intelli- / 6 gere de admirabili et sanctissima sede gloriose magestatis sue, septiformis gratie spiritum / sensibus nostre dignetur infundere qui linguam nostram instruat ad loquendum et nostram faci- / at ordinationem felicitatis plenitudine decoratam¹ ab eo namque omnis potestas est qui / 9 dicitur omnium rerum laudabilium principium medium atque finis ex ipso enim omnia in esse / procedunt per ipsum in medium tanquam in finem proprium inducuntur testante apostolo qui dicit quod / ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum bene competenter de eo dic- / tum est unum principium omni creature cuncta subiciens numero ponderi et measure. / Sic naturam limitat Deus cuius cedunt nutui tot figure quod si magnitudinem eius presen- / taremur magestatis gloria statim opprimitur quod mente non capimus pure confitemur / 15 hoc est in quo vivimus sumus et movemur² assit ergo principio et ordinationi nostre et / principii et ordinationis nostre fundamento auxilium cui non est difficile et nullum impossi- / bile qui res desperatas penitus reddit faciles linguas balbucientes disertas esse et facun- / 18 das. Ad hoc autem ut nostre ordinatione eius auxilium invocare debeamus divini iuri / nos monet actoritas vallata presidio multiformi rationis mandati videlicet et exempli. / Est autem ratio violenta quia cuncta bene et competentur consequuntur si principium fiat decens / 21 et laudabile Deo, mandatum est quia mandat Iustinianus quod ad omnes actus ad omnia / consilia nostra in nomine domini procedamus et alibi dicti magnum Deum et salvatorem / nostrum semper invocantes etc. Exempla autem sunt omnium aliorum quos cotidie in / 24 nomine domini inchoare nec est contra legem que dicit non exemplis, sed legibus esse iudican- / dum, nam illud verum est de malis exemplis que quidem sequenda non sunt bona autem ex- / empla id est ubi aliqua recte facta inventa sunt bene sequenda et amplexanda sunt / 27 ad instar iurisconsulti qui exemplum Labeonis doctoris sui fuit sequutus. Set / cum asserente philoso- pho tria in omni negotio necessario requirantur videlicet possibilitas sapien- / tia et voluntas celestem patrem cui possibile attribuitur flagitamus ut nostro principio / 30 interesse dignetur cum potestate perficiendi inchoata filio qui omnis sapiente est principale / principium omnis sciencie uberans plenitudo affectitiae devotionis preces effundimus / ut nostro assit medio spi-

1. Sant Pau. Rom., 13, 1.

2. Actes dels Apost., 17, 18.

ramen tribuendo, ut sermo de labiis nostros purus et absque ser- / 33 mento nequitiæ et audientibus voluntaria faciat verba nostra almo spiritui finis / exitum recomendamus. Et quia voluntas patris et filii dicitur precamina eidem porrigimus / supplicius, ut in principio necnon et in medio metam gloriosi triumpho faciat respon- / 36 dere, eo ergo auxilio invocatur felicitur est ad propositum post modum accedendum. Set / quondam serenissimus illustris et magnificus rex Aragonum ad humiliem supplicationem nostram / nobis et concessionem contulit gratiose quod in regulando nostrum officium notarie ad lauda- / 39 bilem statum eisdem possemus ordinationes condere et firmare volentes maiorum / moribus et predecessorum vestigiis inherere. Considerantes officium notarie publicum / et nobile pretextu cuius nobilitatis cetera officia manifeste precellit status cuius veracitur / 42 et sincere provisione sedula omni tempore Deo propicio debet de bono in melius proficistis. Igi- / tur nos omnes notarii ville Cervarie, seu maior et sanior pars eorundem, congregati / in cenobio fratrum minorum dicte ville, die veneris ante festum Ramis palmarum, intitulata / 45 septimo Kalendas aprilis, anno Domini millesimo CCC quadragesimo quarto, pro consola- / tione et pietancia faciendis conventui fratrum dicti monasterii, nomine nostro propio et totius / universitatis dictorum notariorum presentium et futurorum omnes una in idem velle pariter concor- / 48 dantes ad bonum et tranquillum statum dicti officii necnon ad instructionem illorum qui in infra- / scriptis vel aliquibus ex eisdem defacili possent decipi et gravari. Et in super ad pro- / ficuum et salvamentum nostrarum animarum circa que precipue invigilare debemus aliqua capitula / 51 et ordinationes ad utilitatem nostram et dicti officii intendimus facere fructuosas. Set / quia in principio cuiuslibet boni operis debet precedere signum venerabile Sancte Crucis / ne illotis manibus sic circa id pertranseamus ad dicta capitula seu ordinationes facien- / 54 das dicto signo victrici nos munimus sic dicentes. Titulus triumphalis venera- / bilis Sancte Crucis a suggestionem demonum nos protegat et ad actus / laudabiles nos perducatur. In nomine Sancte et Individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. A- / 57 men.

Ordinationes autem et capitula sic se habent.

I

Primo corde bono et animo volenti, ordinamus et statuimus, ad honorem domini nostri Ihesu Christi / 60 et gloriose virginis Marie, eius genitricis, totiusque Curie celestis et beatorum Do-

minici / et Francisci, confessorum, quod perpetuo annis singulis
fiant per nos et successores nostros / due pietancie fratribus dic-
torum conventuum. Una videlicet in cenobio fratrum predicatorum /
63 rum secunda die veneris kadragesime, et alia in cenobio fra-
trum minorum dicte ville in / die veneris ante dominicam Ra-
mis palmarum; ad quas et earum quamlibet omnes notarii / dicte
ville, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, teneantur venire et
personaliter adesse / 66 nisi propter infirmitatem aliquis excusa-
retur. Et si aliquis vel aliqui nostrum vel successorum / nostro-
rum defecerit vel defecerint ad dictas pietancias vel ad aliquam
earumdem, nisi legi- / tima excusatione excusarentur, volumus
et ordinamus quod ille vel illi qui contrafecerit et / 69 ut eius
animus condolescat, penam duorum solidorum incurrat ipso
facto, cuius medietas / adquiratur ad opus cerei quem tenemus
ante ecclesiam beate Marie dicte ville. Et / residua medietas ve-
nerabile baiulo ville Cervarie, qui nunc est vel qui pro tempore
fuerit, / 72 pro executione et compulsione dicte pene facienda
similiter adquiratur. Declaramus / tamen quod ille vel illi qui
pro suis negotiis peragendis extra villam lucrandi causa pro- /
fectus fuerit, quod incontinenti cum venerit teneatur exsolvere
quantitatem duorum solidorum / 75 et duorum denariorum in
proximo subsequenti capitulo annotatam sub pena pretacta.

II

Statuimus et ordinamus quod quilibet notarius qui
venerit ad dictas pietancias et / aliquam ipsarum, solvat et sol-
vere teneatur discretis notariis, yconomis assignatis ad or- / 78
dinandum pietancias predictas et victualia earumdem, videlicet
duos solidos et duos / denarios in quilibet pietancia antequam se
ponat in mensa vel saltem ponat et de- / ponere quilibet nostrum
contrafiens teneatur, in posse dictarum ad hec assignatorum, pig-
nus / 81 valens duplum. Et si per aliquem nostrum contra hec fac-
tum fuerit vel etiam attempta- / tum, incidat in penam duorum
solidorum supradictam que sit modo predicto proculdubio ad-
qui- / sita et executioni contra quemquam absque remedio deman-
data. Verum declaramus quod ille / 84 vel illi qui defecerint ad
dicta pietancias vel earum aliquam propter eius infirmitatem /
vel alterius de familia sua ut supradictum est vel propriis negotiis
necessariis / dictam villam profectus fuerit, tantum teneatur ex-
solvere XIII denarios pro qualibet / 87 pietancia supradicta.

III

Ordinamus etiam et statuimus, ad honorem omnipotentis Dei et gloriose virginis Marie, / matris sue, et totius Curie celestis, ad hoc ut dominus Ihesu Christus, Dei filius incarnatus, / 90 et gloriosa virgo Maria dirigant semper actus nostros, quod perpetuo teneamus ante alta- / re beate virginis Marie in ecclesia maiori unum cereum, iam per nos teneri inceptum, / singulis diebus in consecratione et elevatione corporis Ihesu Christi et accedatur ante dictum / 93 altare, et ipse reparetur per dictos IIII notarios ad dictas pietancias deputatos annis sin- / gulis de eo quod per quemlibet dictorum notariorum datum fuerit in qualibet pietancia supradicta. / Et ut predicta melius perpetuo observentur, ordinamus et statuimus quod quilibet notarius / 96 in ultima voluntate seu testamento suo teneatur gratiose dimittere et legatum facere / cereo supradicto prout cuilibet placuerit, ad hoc ut de ipsis legatis et de eo quod inde / superaverit ex ipsi pietanciis emi valeat censuale ad opus cerei supradicti.

IV

/ 99 Statuimus etiam et ordinamus quod quolibet anno perpetuo eligantur quatuor notarii, unus / videlicet de quolibet quarterio dicte ville, qui vocentur priores, quibus omnes notarii / dicte ville teneantur obedire et eisdem attendere super quibuscumque dubiis eminenti- / 102 bus circa notarie officium. Qui etiam teneantur declarationes facere de dubiis supra- / dictis. Et ea si necessarium fuerit affrontare coram serenissimo domino Rege / predicto seu eius generali procuratore aut eius vices gerente seu venerabilibus vicario et baiu- / 105 lo ville Cervarie vel aliis iudicibus quibuscumque. Qui etiam priores faciant, vigi- / lent et procurent circa ea omnia et singula que in et super ipsis, necessaria fuerint li- / cita ac etiam oportuna. Et si contingeret dictos priores vel eorum aliquem va- / 108 care circa ea expedienda seu peragenda quod ipsis satisfiat competenter. Et quod / ipsis etiam priores possint pro predictis expensis, si ipsis expediens videatur, tallias fa- / cere et quemcumque nostrum tallaire, prout ipsis videbitur faciendum prout negotiorum / 111 merita postulabunt, et quod quilibet notarius teneatur exsolvere ea ad que fuerit taxatus / incontinenti cum inde fuerit requisitus. Et dictas tallias volumus fieri casu quo aliquid / non superaverit de hiis que data per nos fuerint in pietanciis supradictis, verum si aliquid su- / 114 peraverit ex dictis pietanciis

quod sufficeret ad dictas expensas, nolumus fieri tallias / supra dictas.

V

Item statuimus et ordinamus quod anno quolibet dicti quatuor priores ponant et assignent / 117 incontinenti, cum electi fuerint, quatuor notarios, unum de quolibet quarterio, qui ad honorem / Dei et gloriose virginis Marie et beatorum Dominici et Francisci, confessorum, ordinent et / procurent victualia ad dictas pietancias et colligant et recipiant a quolibet notario / 120 pro qualibet pietancia duos solidos et duos denarios, et de ipsis exsolvant et teneantur ex- / solvere victualia que emerint ad opus dictarum pietanciarum infra spacium VIII dierum / continue sequentium post quamlibet pietanciam supradictam, ad quod se astringant cum iura- / 123 mento per eos prestando in principio eorum regiminis et administrationis eorundem ut inde- / tollantur clamores et affrontationes que temporibus preteritis occurrebant culpa illorum / qui positi erant et assignati in regimine pietanciarum predictarum. Et finitis dictis pietan- / 126 ciis, predicti administratores teneantur dare dictis prioribus comptum et rationem de admi- / nistratis per eos per annum predictum, infra octo dies continue sequentes post ultimam pie- / tanciam in cenobio fratrum minorum predictorum, virtute sacramenti per eos prestiti supradicti.

VI

/ 129 Preterea statuimus et ordinamus quod predicti quatuor notarii electi ad dictas pietancias pro- / curandas per modum predictum, quolibet anno, cum electi fuerint, iurent ad sancta Dei / quatuor evangelia quod sibi ipsis seu ad eorum hospicia per se vel interpositam personam / 132 nec aliis notariis presentibus in dictis pietanciis vel absentibus ab eisdem nec alteri / alii persone cuiuscumque conditionis seu preeminentie existat non transmittent nec transmi- / tti procurabunt nec abstrahent seu abstrahi facient a cenobiis seu monas- / 135 teriis dictorum fratrum minorum seu fratrum predicatorum aliquid de victualibus paratis in / cenobiis supradictis nisi hoc processerit de beneplacito et voluntate dictorum quatuor priorum / seu maioris partis eorundem. Et si contrafecerint quod de hiis teneantur reddere ra- / 138 tionem ante tribunal Dei in die iudicii.

VII

Consequenter ordinamus et statuimus quod cum aliquando contingat creare aliquem / seu aliquos notarios auctoritate venerabilium baiuli et paciariorum dicte ville qui non sunt sufficientes in scientia, moribus vel etate, et huius pretextu possent scandila dicte notarie officio de facili evenire, et nedum ipsi notarie officio set etiam illi minus idoneo qui ad dictum admitteretur officium, volentes igitur super hiis providere sollerter. Ordinamus quod omnes notarii dicte ville, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, anno quolibet iurent ad sancta Dei quatuor evangelia quod ille vel illi qui intonati seu vocati fuerint per venerabiles baiulum et paciarios ville prefate super creaciona alicuius notarii, inde fienda habebunt se bene et legaliter in examinatione de aliquo notario facienda omni amore, precibus, timore, affinitate vel aliqua alia voluntate ac affectione penitus inde terremotis et exclusis et quod quatenus in eis fuerit servabunt privilegium universitati notaris predicte ville per dominum Regem concessum ac etiam constitutiones celebrium Cathalonie curiarum et capitulum presens.

VIII

Ordinamus inquam quod si discordia fuerit suscitata inter nos vel aliquos nostrum quod possimus ipsos discordantes seu inimicos vel inimicitiam inter se venturam sperantes, nostris interpositis curis, consiliis, tractatibus et orationibus pacificare et adinvicem aptare.

IX

Post hec ordinamus et statuimus quod dicti quatuor notarii priores electi, in fine anni eorum electionis, teneantur eligere et eligant alios quatuor notarios in priores, unum de quolibet quarterio ville predicte, qui alio anno sequenti presideant in regimine supradicto iuxta formam predictam et contenta in capitulis supradictis, quibus sic electis teneantur dare eorum compota ordinationes et privilegia et alia faciencia pro notarie officio prelibato.

X

Volumus etiam statuimus et ordinamus quod in quolibet anno et in qualibet pietancia predicte ordinationes et alie per nos et predecessores nostros facte et ordinate legantur, ut

quilibet notarius reducat ea ad memoriam et quod omnes notarii presentes, et qui pro / tempore fuerint, teneantur easdem iurare ac inconcusse tenere et servare et in / 165 aliquo non contrafacere virtute iuramenti per ipsos et eorum quemlibet inde prestandi / iuxta formam predictam.

XI

Et quia serenissimus dominus Rex super ordinatione per nos et successores nostros facienda / 168 de scripturis seu prothocollis nostris in testamento seu ultimis voluntatibus nostris aut alias / nobis potestatem contulit cum eius privilegio sigillo pendenti bullato. Et pro ipso obtinendo tam iure sigilli quam alias aliquas subire habuerimus expensas, quarum expensarum / 171 aliquas pars per nos adhuc remanet ad solvendum, volentes igitur satisfactionem facere / premissorum, statuimus et ordinamus quod quilibet notarius qui aliquid non solvit in obtinendo / do privilegio supradicto, det et exsolvat duos solidos pro satisfactione facienda in hiis que revera / 174 adhuc restant ad solvendum. Et solutione seu satisfactione facta de predictis, residuum ponatur in comuni pro emendo censuale ad opus cerei supradicti. Et presentem / contributionem duorum solidorum predictorum, nedum ad notarios presentes set etiam ad futuros, / 177 volumus omnimo extendi cum redundet in presencium et futurorum notariorum utilitatem comodum / et profectum.

XII

Demum ordinamus, statuimus et concedimus quod fiat una caxia, duabus tancaturis / 180 et clavibus munita, que ponatur in ede Sanctarum Crucum dicte ville et de qua etiam dicti / quatuor priores teneant claves predictas, in qua etiam ponantur privilegia et ordinationes / facientes pro notarie officio supradicto, et peccunia que superaverit ex pietanciis et aliis superius / 183 ordinatis.

Intendimus tamen predicta ordinasse quatenus vergant in utilitatem nostram et non / in detrimentum Regie iurisdictionis seu publice utilitatis.

186 / Item ordinamus quod predictis capitulis et cuilibet eorum possimus addere et diminuerere prout nobis et maiori ac saniori parti nostrum videbitur expedire.

Acta fuerunt hec die et anno predictis, et firmata per nos notarios infrascriptos:
(Columna A)

/189 Raimundus de Minorisa

Bernardus Tort.

Petrus de Monte

/192 Petrus Arnaldi

Bernardus de Torremiya

Franciscus Muntada

/ 195 Antonius Tolrani

Petrus d'Ivorra

(Columna B)

/ 189 Bartholomeus Avero

Raimundus de Muntmaior

Bartholomeus Dominici

/ 192 Antonius Simon

Petrus Pedriça.

Raimundus Guasch.

/ 195 Nicholaus Toveda

Petrus de Beliana.

Guillelmus Dela.

(Columna C)

/ 189 Franciscus Fuster

Petrus Balester

Bernardus de Vilaplana.

/ 192 Johannes Ça Torre.

Guillelmus des Vall.

Jacobus Ferrari.

/ 195 Petrus Canut.

Bartholomeus de Muntmaior.

Bernardus Raimundi de Menresa.

/198 Et die dominica que fuit intitulata X Kalendas madii,
anno Domini millesimo CCCXL / sexto, firmarunt et iurarunt
predicta capitula et ordinationes notarii infrascripti:

(Columna A)

Bernardus d'Ivorra

/ 201 Johannes de Vilanova

Anthוניus Guitart

Guillelmus Guilabert

(Columna B)

Petrus de Rocheta

/ 201 Petrus de Canet

Petrus de Cardona

Thomas de Aqualata

(Columna C)

Bernardus de Figuerola

/ 201 Petrus Canos
Franciscus de Nargo.

DOCUMENT 2

Dilluns, 23 d'abril de 1346.
Casa de Santes Creus.

Vint-i-nou notaris es congreguen per tal de fer capítols, alguns dels qual són la reiteració de disposicions anteriors. Un anys després, dos notaris se sumen al jurament.

A.H.C.C. Fons Notarial. O.R.C.N.C., pp. 15, 16 i 17.

Preterea die dominica intitulata IX Kalendas madii, anno Domini millesimo CCC^oXL^o sexto, / in domo Sanctarum Crucum congregati videlicet.

(Columna A)

/ 3 Bernardus d'Ivorra, iurator
Petrus de Cardona, iurator
Petrus de Monteprior, iurator
/ Petrus de Caneto, iurator
Bernardus Raimundi de Minorisa, iurator
Johannes de Turri, iurator
/ 9 Petrus Balistarii, iurator
Bartholomeus de Montemaiori, iurator
Bernardus Tort, iurator.

(Columna B)

/ 3 Petrus de Rocheta, iurator.
Bernardus de Vilaplana, iurator
Barthomeus Avero, iurator.
/ 6 Petrus de Beliana, iurator.
Nicholaus Toveda, iurator.
Bernardus de Torremiya, iurator.
/ 9 Petrus Pedriça, iurator
Johannes de Vilanova, iurator.
Guillelmus Guilaberti, iurator.

(Columna C)

/ Petrus Canos, iurator.
Thomas de Aqualata, iurator, prior.
Petrus d'Ivorra, iurator.
/ 6 Bernardus de Figuerola, iurator
Franciscus Ça Muntada, iurator
Franciscus de Nargo, iurator

/ 9 Raimundus de Muntmaior, iurator.

Anthonius Guitart, iurator.

Petrus Arnaldi, iurator.

/ 12 Berengarius Ça Guardia, iurator, prior.

Petrus Dan, iurator.

Unanimiter, concordantes nemine discrepante a predictis, non discedendo, auctoritate que supra / 15 et eadem non intendentes excedere, constituerunt et ordinarunt quod de cetero quicumque / incola dicte ville qui auctoritatem deinceps obtinebit notarie antequam dicto officio utatur, / firmet et iuret predicta et sequentia capitula et ordinationes cum vallatione iuramenti iuxta / 18 formam predictam et subscriptam et omnes etiam ordinationes antedictas antea conditas nec / minus teneatur eo tunc et ante omnia solvere dictis prioribus vel procuratoribus pietanciarum / aut alteri eorum, decem solidos ad honorem Dei et gloriosissime ac beatissime virginis Marie / 21 et beatorum Dominici et Francisci, confessorum predictorum, pro reparando dicto cereo seu pro emendo / censuali ad opus dicti cerei annis singulis reparandi et pietanciarum predictarum et alia- / rum actionum karitativarum fiendarum vel instituendarum, in quibus dictos decem solidos / 24 predicti priores vel qui in futurum fuerint electi priores vel maior pars notariorum qui nunc sunt vel / fuerint pro tempore providerint convertendos. Et ad hec teneri et astringi ordinamus / quoscumque notarios extraneos siqui fuerint qui de inde ad dictam villam venerint pro ha- / 27 bitando seu eorum domicilium duxerint transferendum et uti voverint inibi officio / supradicto.

Ceterum cum sepe contingeret ut vive vocis oraculo prolatum extiterit inter predictos / 30 notarios quod, cum quidam iudei rogarent aliquos notarios dicte ville quod una cum eis ad aliqua / castra accederent, protestatum quod iudei accedebant equitando et notarii pedes, quod / vergebat in derisionem et dedecus quamplurimum dictorum notariorum et officii etiam notarie. Quo circa / 33 predicti notarii non intendentes ut dixerunt discedere apreordinatis nec excedere formam / concessionis regie supradicte nec quicquam ordinare in dampnum regie iurisdictionis rei publice / vel tiam privatorum set ad bonum statum et honorem dicti officii ordinarunt auctoritate dicte / 36 concessionis quatenus deinceps nullus notarius dicte ville Cervarie qui nunc est vel a modo fuerit / eat protestatum vel causa protestandi cum aliquo iudeo pedes extra terminos dicte ville nisi / tantum modo equitando sub virtute iuramenti quod quilibet pre-

dictorum prestatit ad sancta Dei / 39 quatuor evangelia coram
posita et ab ipsis et quolibet eorum corporaliter manu tacta.

Item quilibet predictorum promisit super salariis recipien-
dis pro viaggiis que fient causa / eundi protestatum dumtaxat
tenere et servare et non excedere formam privilegii super / 42 hoc
per serenissimum dominum Regem Jacobum bone memorie uni-
versitati Cervarie con- / cessi set ipsum servare iuxta eius seriem
et tenorem. Cuius datum fuit.

Item voluerunt omnes predicti quod fiat unus liber in quo
ordinationes antique scriban- / 45 tur et nove et etiam presentes
et future. Cui libro quilibet adhibuit fidem et / promisit et iura-
vit quod non exceptavit quod ipse liber est scriptura privata set
quod possit / predictis et subscriptis addi corrigi vel emendari
iuxta formam iam superius ordinatam.

/ 48 Et die lune institulata VII^o Kalendas aprilis anno Domi-
ni millesimo ccccxl septimo, Raimundus / Rama, notarius, fir-
mavit et iuravit capitula supradicta.

Et die iovis VIII idus aprilis anno proxime dicto, Guillelmus
Martini, notarius, fir- / 51 mavit et iuravit omnia et singula ca-
pitula supradicta.

DOCUMENT 3

Any 1347.

(No hi consta el lloc.)

*Disposició dels quatre priors del Col·legi segons la qual, qualsevol
dubte que sorgeixi en la pràctica de l'ofici de notari ha de
ser consultat i aclarit en un llibre que està en poder seu,
i en el que són continguts tots els privilegis reials i provi-
sions referents als notaris.*

Anno Domini millesimo ccc quadragesimo septimo.

Raimundus de Minorissa	Anthonius Tolrani	priores
Petrus Canut	Guillelmus Dela	

Cum testante Boetio¹ omne bonum deductum in publicum
clarius elucescat / id circo in nomine Sante et Individue Trini-
tatis, Patris et Filii et Spiritus Sancte et gloriosissi- / 6 me Vir-
ginis Marie totiusque Curie celestis. Nos, Raimundus de Mino-

1. «De Consolatione Philosophiae», Lib. 3, prosa X, P. L. 63, col. 763-769.

risa, Petrus Canut, Anthonius Tolrani et Guillelmus Dela, notarii ville Cervarie ac priores / anno presenti electi per discretos notarios dicte ville, in publicum deduximus capitula seu / ordinationes a retroactis temporibus cura factas sollertius per notarius prelibatos seu maiorem / 9 partem ipsorum, pro bono statu, instructione, decoratione ac utilitate tabellionatus officii / prelibati, favore regio ipsas prout decuit prosequente, prout in inferius insertis litteris seu / privilegiis regiis liquere poterit cuilibet intuenti que in posse aliquorum singularium dictorum / 12 notariorum recondita huc usque videri faciliter non poterant nec haberi propter quod dubiis et / periculis circa prefate notarie officium assidue emergentibus propter prefatorum inspectionem difficilem / nequibat decens consilium adhiberi fecimusque predicta sic in posse quorundam ut / 15 prelibatum extitit consistencia in hoc libro scribi et compilari librumque volumus repone / in techa comuni nostrum dictorum priorum successorumque nostrorum. Ad hoc ut retisius occurrentibus dubiis / et periculis erga prefatum officium et fungentes cautius consulatur. Ex quibus omnibus ante / 18 fatis, causas presentis effectus que ortum rei cuiuslibet antecedunt quilibet rima / tor diligens poterit intueri.

DOCUMENT 4

Dijous, 15 de novembre de 1358.
(No hi consta el lloc.)

Setze notaris del Col·legi es reuneixen per tal de fer capítols. S'observa la diferent funció dels dos tipus de reunions notariales habituals: les «congregacions» i les «pietances».

A.H.C.C. Fons Notarial. O.R.C.N.C., pp. 18-19.

Sie fait capítol que II notaris, de II en II meses, reconegen les scrip / tures de cascun notari, e cascun notari sots virtut de sagrament les los / 3 haia totes a mostrar per tal que s puxe corregir e adobar, e la / constitució sie per ells mils servada.

Ítem que los dits II notaris ordenen aquelles suplicacions que necessàries sien / 6 al Senyor Rey per los dubtes que en la constitució són, per tal que com loch / sie se puxen al dit Senyor Rey presentar.

Ítem que com lo Col·legi¹ dels dits notaris e jo lurs prede-

1. Segueix «dels» ratllat.

cessors / 9 haian ordenades pietances en los monastirs dels fra-
res menors / e preycadors de Cervera e tinguen lon ciri davant
l'altar de Ma- / dona Santa Maria e haian affer altres obres pia-
doses, ordenaren / 12 que cascun notari, cascun mes, de e pos en
poder dels procuradors XII diners / per tal que les dites coses
mil puxen ésser complides.

Ítem que com los dits notaris sovín se haian a justar per
declarar / 15 alguns duptes que s'esdevenen en lur offici que
com demanats seran / per los priors o procuradors de vespre en
l'endemà següent vinguen a la /sglea de Sent Johan en continén
que hoiran sonar la esquella de la / 18 dita sglea e aquell qui
conta farà pach per cada vegada II sous.

Foren presents als capítols damunt dits n-Antoni Tolrà, Pere
Dan, / Jacme Fuster, Barthomeu Domingo, Barthomeu de Munt-
major, Barthomeu Averó, Ramon Rama, / 21 Barnat de PuigReig,
Berenguer de (),² Jacme Major, Pere Cortés, Andreu / d'Ardè-
vol, Francesch Sartre, Francesch de Comabella, Pere de Canet,
Berenguer / Ça Canal. Los quals tots feren sacrament de tenir
e observar aquells.

/ 24 Los quals foren feits diyous a xv dies de noembre de
l'any MCCCCLVIII. / Fiat capitulum et ponatur causa quare fuit mu-
tata pietancia predictarum / in die Parasceve.

/ 27 Piores Anthonius Tolrani et Jacobus Ferrarii.

Procuratores Petrus de Caneto et Franciscus Sartoris.

2. Hi manca el cognom, però segurament es referirà a Berenguer de Car-
dona, el qual consta en l'acta del 18 d'abril l'any següent.